

PSALMI L. DISPOSITIO.

Veri cultus Altissimi. Vera Sacrificia.

Traditur hic doctrina de verô
cultu: adeoque introducitur
I. Deus, ista instruens cuius

I. Deus ipse instruens: cuius: (1) Titulus: *El, Elohim, Jehova*: vers. 1. (2) Actus: *loqui, convocare*: (3) Instruendi: *terra, vel terrarum incolæ, ab ortu ad occasum*, ibid. (4) Locus: *ex Zion*: vers. 2. (5) Apparitionis modus: *plenō decore illucescit*: ibid. *venit*: vers. 3. *non tacet: ignis absumentis ipsum antecedit: circa ipsum procella vehemens*: ibid. *denunciat cœlitus in terram*: vers. 4. (4) Finis: *judicare (super sacrificio vers. 5.) populum suum*: ibid. qui ipse populus convocandus appellatur jam *Chasidim*, alumni seu beneficiarii Dei, item *confæderati*, vers. 5. (7) Consequens: *cœli denunciabunt vel deprædicabunt aut palam comprobabunt justitiam Dei, quod hic verus sit judex*: vers. 6.

II. Instructio seu disceptatio ipsa sequitur: ubi (1) Dei alloquium: *audi popule mihi loquar; Israel! testificabor contra te: ratio attentionem exigens: ego sum Deus tuus: vers.*
7. (2) Propositio: *corripiam te: & quidem*
(A) *negativè: nequaquam ob sacrificia tua,*
vers. 8. Rationes; (α) holocausta enim tua co-ram me sunt jugiter: vers. 8. (β) non indigeo juvencis domus tue, nec hircis caularum tua-rum: vers. 9. nam (γ) omnes feræ sylvestres mon-tiunque jumenta mea sunt: vers. 10. itemque

PSALMUS L.

EXPLICATIO VERSUS I.

לְאָסָף Primus hic est psalmus, qui *Affapho* tribuitur : sequitur vero similis inscriptio *Psalm.* LXXXIII, i. LXXXIV, i. LXXXV, i. LXXXVI, i. LXXXVII, i. LXXXVIII, i. LXXXIX, i. LXXX, i. LXXXI, i. LXXXII, i. LXXXIII, i. ut hac ratione XII. psal- morum fuerit autor. Fuit alias Levita ex Familia Gersonitarum, i. *Par.* VI, 39. præfectus à Davide unà cum Hemanô יְהִי שִׁיר עַל rei musicæ in do- mo Domini coram arca; *ibidem vers. 31.* qui inter- fuit deductioni arcæ, cymbalis *ibidem usus cap.* XV, 19. præfectus postmodum his ipsis instru- mentis הַרְאֵת *cap. XVI, 5. Neb.* XII, 46. unà cum filiis, i. *Par.* XXV, i. Insuper vero expressè vo- catur רְחֹזֶר videns ille vel propheta insignis 2. *Paral.* XXIX, 30. ubi Hiskia jubet laudare Do- minum בְּרָבְרִי דָוִיד וְאָסָף הַחֹזֶר verbiis vel canti- cis Davidis & *Affaphi prophetæ.* Quidam in dativō: *Affapho*, scilicet ad cantandum datus à Davide ; ut *Vatablus* & *Höpfnerus*, (allegans *Psalm.* XLII. (לְבָנֵי קְרִית) quod improbari nequit.

לְנֵה Deus fortis:) nomen hoc quandoque sumitur appellativè, ut אֵל pro robore, aut Robusto, v. g. Psalm. XXIX, 1. בָּנֵי אֱלֹהִים filii potestatum vel Robustorum: item Ezech. XXXI, 2. Genes. XLI, 29. Mich. II, 1. &c. quandoque vero sumitur εἰς τὸν Θεόν pro Deo, Creatore potentissimò, qui solus infinitè potens est, cunctique creaturæ rum roboris scaturigo: atque sic alia ipsi adjunguntur epitheta, v. g. אל רוחים, Exod. XXXIV, 6. אל קְנוֹתָא, Genes. XIV, 18. 19. אל עַלְיוֹן Exodus.

Aves montanae bestiaeque sylvarum vers. II. (8) non fame urgeor; alias suppeteret orbis terrarum cum cuncta suâ plenitudine: vers. 12. (9) non satior carne taurorum nec sanguine hircorum: vers. 13. Deinde instruit Deus sacrificiis requisitis veris (B) positivè: (a) sacrificia Deo tandem: vers. 14. (b) exsolve vota tua: ibid. (c) invoca me vers. 15. (d) eripientem me glorifica: vers. 15. (C) Arguit via commissa specificativè: ita ut (1) nominetur *Impius*. vers. 16. (2) impii reprehensio tribuatur *Deo ipso*: ibid. (3) puncta correptionis sunt (α) enarratio statutorum divin. profana: (β) fæderis divini commemoratio seu prætentio ac gloriatio frivola: ibid. (γ) castigationis repudium: vers. 17. (δ) verbi divini vilipendium: ibid. (ε) cum furibus consortium, vers. 18. (ζ) adulterii exercitium, ib. (η) linguae ad nequitias, dolos, calumnias &c. adhibitæ multiplex vitium, vers. 19. 20. (θ) ineptum de *Deo* connivente judicium, vers. 21. (ι) subsecuturum supplicium, corrigante, statuamque tibi ob oculos tuos, ib.

III. Epilogus (1) intelligite (2) hoc (3) obliuiscentes Dei. (4) ne abripiam, nemine vos eripiente, vers. 22. (5) offerendo laudem honorate me, vers. 23. atque sic (6) salutem cœlicam vobis ostendam. ibid.

M U S L.

XX, 5. &c. Confer *Exod.* XV, 11. *Psalm.* LXXXIX, 7. quis sicut tu בָּאֵלִים inter fortissimos ? & *Dan.* XI, 36. אל אַלְרָם *fortis fortium*, i. e. omnium potentum potentissimus. Hinc Aquila exprimit per ἵσχυρός, &c. Colligit vero Calovius *theol. nat.* & *revel.* pag. 402. hanc Regulam de nomine *El*: quod ubicunque ponatur in singulari substantivè & concretivè, sine additamento alienante vel imminuente, ibi semper Deum altissimum designet. Item pag. 404. etiam si nomen hoc ratione etyma sit appellativum & commune, tamen ratione usus biblici, quō μοναδικῶς & ut substantivum atque concretum adhibetur, est nomen proprium, designans ipsam Dei substantiam cum connotatione potentiae. Huic adde Buxtorff. *dissert V. tb. 46. de nominibus Dei.*

אֱלֹהִים Deus:) nonnulli ut *Vatablus*, *Piscator*, *Kimchi*, *Belgæ* (de God der Goden.) hæc informâ regiminis accipiunt: *Deus Deorum*. Verum cum cuilibet trium horum Dëi nominum *El*, *Elohim*, *Jehova* apponatur triplex accentus distinctivus, nempe *Pesik*, *Pazer* & *Refia*, potius per appositionem hæc dicta censemus, quam per regimen: cuiusmodi loca sunt Gen. xxxiii, 2, **אֱלֹהִי** יְשָׁרָאֵל Num. XVI, 22. **אֱלֹהִים** יְהוָה יְהוָה Jos. xxii, 22. (quod bis ibi repetitur:) Atque sic accepit etiam Lutherus, tum in locô *Josuæ*: der starke Gott/ der Herr: tum & h. l. Gott der Herr / der mächtige/ olim: der Herr/ der mächtige Gott.) *Iunius*: Deus fortis, Deus *Jehova*: *Chaldaeus*: potens Deus Dominus. Plura de Trinitatis my-